

CAPVT VIII.

DE


*Redintegratione cursus Martis, ratione primæ inæqualitatis, quæ in oppositione veri loci solis undique per orbem ipsius apparet.*

Phænomena Martis acronychia examinando ac restituendo haud plane eadem, qua reliqua superiora, methodo, tabulis Rheinholdinis accommodabimus. Quanquam enim prosthaphæresis, seu prima inæqualitas hujus, longe, ad votum nostrum, contractior fiat, dum extremæ nocturnæ fulsiones ejusdē in verum quoque oppositum solis reducantur: tamen eadem undiq; per eccentricum orbem, seu quod nobis idem est, homocentricum cum binis circellis concinnandæ, (dum rationi Geometricæ, quā Copernicus introduxit, potius insistamus) à priore restitutione Tychonica, prosthaphæresium per orbitam Martis distribuendarum respectu, parum abludunt. Siquidem & heic non tertia pars totius inæqualitatis eccentricæ semidiametro circelli secundi seu æquatorei, ut in duobus superioribus, sed quarta duntaxat cedit. Nam quum complicata quantitas utriusque epicycli ex observationibus reperiatur 18550, qualium radius orbis est 100000, proportione  $5\frac{7}{8}$  sic quam proxime ostensa, quæ quidem Ptolemæo quintupla exacte fuit; erit in adjecto schemate & Tychonis hypothefi, cui Martis apparentias applicare superius promissimus, semidiameter epicycli majoris CD 14840, minoris DH 3710. In reliquis vero declaratio ultimæ figuræ capitis secundi per omnia admittitur, hoc saltim considerato, quod hic solis orbis ex M tellure duobus in locis ab orbita Martis secetur; unde tam hac, quam Copernicæa hypothefi sequitur, quod Mars acronychius terræ, quam sol, longe vicinior fiat.

*Vide restitutionem hanc acronychiorum locorum in Commentario Iohann. Kepleri de motu Martis p. 54. & 55.*

*Hypothesis Martis in forma Tychonica, acronychium ejus situm representans.*

Uterius autem pro correctione neoterica tabularum Prutenicarum, longitudini Martis mediæ ad finem anni 1600 adjiciuntur  $6\frac{1}{2}$  m. sed apogæo vix sesquitertium minutum, ut fit eo tempore, exclusa æquinoctiorum præcessione, in 0 gr. 35 min. Leonis, quam quoque constitutionem Iohannes Keplerus in locuplete admodum de Marte commentario retinet. ex his vero datis catalogum eidem commentario insertum nostris quoque



bis binis acronychiis observatis continuabimus, ut requisita & discrimina uno oculi intuitu, more solito, in tabella conspiciantur.



Repraesentatio quatuordecim extremarum Martis fulsionum verae solis oppositioni accommodatarum, una cum temporum momentis & motibus mediis juxta praemissam restitutionem hisce correspondentibus, & in veros conversis, cum adjectis differentiis.

Numer.	Ann.	Menf.	D.	H. M.	Long. obs.			Long. simpl.			Anomalia.			Præc. æq.			Long. sup.		Diffe.					
					♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂	♂		♂				
I	1580	Nov.	18	1	30	♏	6	27 $\frac{1}{2}$	0	27	54	35	4	27	11	10	27	57	50	♏	6	27 $\frac{1}{2}$	0	
II	1582	Dec.	28	4	0	♏	16	54 $\frac{1}{2}$	1	11	28	40	5	10	44	20	27	59	10	♏	16	55 $\frac{1}{2}$	1	+
III	1585	Jan.	30	19	15	♏	21	35 $\frac{1}{2}$	1	52	10	10	5	51	25	30	28	1	5	♏	21	37 $\frac{1}{2}$	0	0 $\frac{1}{2}$ +
IV	1587	Mart.	6	7	20	♏	25	42	2	32	47	35	0	32	2	40	28	3	0	♏	25	42 $\frac{1}{2}$	0	0 $\frac{1}{2}$ +
V	1589	April.	14	6	20	♏	4	23	3	16	16	20	1	15	31	10	28	5	0	♏	4	26 $\frac{1}{2}$	3 $\frac{1}{2}$	+
VI	1591	Junii	8	7	45	♏	26	42	4	7	40	5	2	6	54	23	28	6	45	♏	26	45 $\frac{1}{2}$	3 $\frac{1}{2}$	+
VII	1593	Aug.	25	17	30	♏	12	15	5	11	49	20	3	11	3	20	28	8	40	♏	12	14 $\frac{1}{2}$	0	+
VIII	1595	Octo.	31	0	40	♏	17	30 $\frac{1}{2}$	0	9	6	40	4	8	20	0	28	10	25	♏	17	29 $\frac{1}{2}$	1	+
IX	1597	Dec.	13	16	0	♏	2	27	0	55	2	30	4	54	15	25	28	12	20	♏	2	26	1	+
X	1600	Junii	18	14	0	♏	8	37	1	36	24	45	5	35	37	10	28	14	5	♏	8	37 $\frac{1}{2}$	0	+
XI	1602	Feb.	20	14	15	♏	12	26	2	16	46	35	0	15	58	40	28	15	55	♏	12	24	2	+
XII	1604	Mart.	28	16	20	♏	18	36 $\frac{1}{2}$	2	58	45	20	0	57	57	0	28	17	50	♏	18	36 $\frac{1}{2}$	1 $\frac{1}{2}$	+
XIII	1608	Julii	24	2	0	♏	11	10	4	45	53	15	2	45	14	30	28	21	45	♏	11	13 $\frac{1}{2}$	3 $\frac{1}{2}$	+
XIV	1610	Oct.	8	16	50	♏	25	30	5	48	35	0	3	47	55	20	28	23	50	♏	25	26 $\frac{1}{2}$	3 $\frac{1}{2}$	+

Lib. 5. Revol.  
cap. 16. & 19.

In hisce quatuordecim locis acronychiis Martis summa sedulitate coelitus exantlatis, & ad correctos motus medios collatis, differentia maxima fere ubiq; inter 3 m. ultro citroque se sistit, praecipue postquam epicyclorum semidiametros praestensa mensura calculo subjecissem. Neq; certe Copernicum satis intelligere possum, qua demonstrationis via 40 particulas à Ptolemaicis 1500 p. qualium radius orbis 10000 censetur, soli distantiae centrorum demtas, alterationi eccentricitatis solis illic adscribere non dubitaverit. etenim modo haec mutationem seculorum decursu (quae tamen nulla erat) unquam subiisset, tum demum annuae potius Martis inaequalitati, quae à sole proficiscitur, id jure meritoque attribuendum fuisset, cui examinandae ac restituendae sequens caput destinamus.

## C A P V T I X.

D E

### *Annua inaequalitate Martis exploranda ac restituenda.*

QVemadmodum inaequalitas prima Martis, quae revolutionis in proprio orbe fuit, curatu facilem se nobis exhibuit, sive mediae, ut olim, sive verae, ut nunc, oppositionis solis respectu eam aggressis; ita annuae hujus plures anomaliae sese insinuant. Duae autem digressiones à norma superiorum praecipue se hic in Marte offerunt; una quae in hoc solo (ut videtur) planeta manifestatur, pariter à solis inaequali à tellure per annum suam revolutionem distantia. Vnde contingit, quod semidiameter orbis annui heic pro accessu recessuque solis à terra coarctetur atque ampliatur; adeo quidem conformiter in hoc sidere, postquam phaenomena ejus ad verum motum solis directa sunt, (prius enim dum ad medium solis situm eadem disposuimus, contrarietatis aleam heic lusimus, cujus rei causam insignis illa non solum apogaei, sed etiam prosthaphæreseos mutatio bene consideranti per collationem explicabit) ut Iohannes Keplerus asserere non dubitarit, imo observationibus quoque demonstrare, dimidiam



dimidiam Solis eccentricitatem sic proportionaliter in Martis annua per orbem terræ, seu Solis circumductione apparituram. Vnde quoque fieri existimat, quod Sol & singula erratica sidera, dimidiam duntaxat totius digressionis suæ partem, per eccentricum distantia centrorum mundi atque orbis planetæ relinquunt; reliquam vero dimidiam in æquationem apogæi & perigæi; &c. concedant. Vnius itaque Martis apparentiis se ostendisse arbitratur ipsissimum Solem omnium mundi phænomenon centrum constitui. Quod tum demum pro verissimo amplectemur, quando in reliquis quoque Kepplerus idem absq; torsione convicerit. Quod certe neq; in superioribus Saturno & Iove, neq; Luna, per apparentias ipsorum hæcenus facere potuimus, nec in sequentibus Venere ac Mercurio facturos nos sperabimus, utut omni contentione eo feramur. Vnde potius pleraq; hæc erratica sidera sua peculiaria in secundis inæqualitatibus, tanquam quædam symptomata, tam radiis à solaribus, quam aliis causis, pati credendum putabo, Lunam præcipue & Martem tanquam Soli præ cæteris natura cognatiores.

De Marte autem peculiare indicium esse possit, ipsum scilicet Solis à terra alterationem etiam in eccentrico æmulari, dum in hujus oppositu, qui contraria quodammodo lege Solis apogæo, Martis perigæo, & versa vice per orbis revolutionum contingit, prosthaphæreses suas commutat: unde fortasse evenit, quod circa perigæum eccentrici Martis, majores paulo quam in cæteris planetis illæ requirantur, Sole scilicet tum propius apogæo versante, ac Martem acronychium in majorem ad terram appropinquationem trahente; & contra minores circa apogæum Sole humiliore à terra factis: quamvis certe hæc conjectura tum demum veritati ex omni parte respondebit, si (quod tamen hic non fit) apogæus planetæ Solis esset conjunctus.

Altera autem inæqualitas circa annum orbem Martis in eo apparet, quod semidiameter orbis annui major semper circa apogæum quam perigæum eccentrici ab observatis per triangulorum ratiocinium eliciatur, atque distantia à terra alias in eccentrico permetteret. Quod quidem non solum in veteri nostra ad medium Solis restauratione, sed & hac nova quoque satis evidenter se prodit; licet minori longe à tellure differentia Martis eccentrici hic in utraque absidum intercedente. Neque est quod quisquam hanc inæqualitatem totalem inde oriri conjiciat, quod Ptolemaicam æquationis rationem quæ ἀνωμετρητος est, declinantes, paulo plus quam dimidiam totius eccentricitatis partem absidum differentia in Marte relinquamus; siquidem nec hujus ad Ptolemæum ita sufficere redutio, quin adhuc majorem distantiarum æquationem heic requiramus. Vnde evenerat quod Iohannes Kepplerus hanc in annui orbis Martis phænomenis discrepantiam eccentrico (ut etiam videtur) in solidum adscribens, alias revolutionum hypothesas pro consuetis eccentricis excogitare conatus fuerit; quippe à circulo deficientes & figuras ovals vel ellipticas æmulantes; in quibus quoque æquales revolutionum arcus non prorsus æqualibus temporibus respondebunt, Sole scilicet motuum omnium directore planetas circum se dispositos nunc intentius, nunc vero remissius ciente. Nos autem gravissimis causis moti, Copernicæum illud, quod motus corporum cœlestium sit æqualis & circularis perpetuus, vel è circularibus compositus, in Astronomia maximi facimus, & quasi unice tuemur; nec certe aliter propter tales Martias aut quorundam aliorum anomalias sentire possumus, neque debemus, antequam necessitas id imposuerit, ut circularia sive simplicia, sive, ut plurimum, complicata & composita, per quæ omnes pene hujusmodi incurvatæ figurationes, tum etiam rectæ plane lineæ describi possunt, officium suum circa omnimodam phænomenon cœlestium representationem deposuerint. Quin potius hæc licet materialia non constituamus; realia tamen, ac ejusmodi esse affirmare non dubitamus, quæ centrorum vi ac virtute armata, conversiones suas temporibus æqualibus commensurabiles absolvunt; veluti hæc alibi à nobis fusus disceptata reperiuntur.

Copernic. lib.  
1. c. 4. Tycho  
Brahe axioma  
Astron. vocat  
lib. 1. Progym.  
pag. 11.

In disputatione  
publ. de hypo-  
thesibus, &c.




Librationi itaque five eccentrici, five orbis annui Martis, si id, quod huic præterea, penes absidas illius, inæqualitatis contingit, attribuamus, nihil contra receptam Astronomorum consuetudinem delinquimus; quando eam tam primo mobili, quam phænomenis Mercurialibus salvandis Copernicum adhibuisse constet. Quod & nos superius in Luna factitavimus.

His præmissis, observationes aggrediendum est; unde eorum, quæ nunc de annua inæqualitate insuper attigimus, redargutio clarius emergat. In examine autem observationum, hanc cum superioribus methodum observabimus, ut hypothesein Martis prius ad unicam observationem pro semidiametri orbis annui investigatione resolvamus, eamque quæ medio eccentrici loco quam proxime haberi queat. Deinde reliqua supra infraque tam in apogæo ac perigæo eccentrici Martis, quam Solis, ad eandem plane calculi subductionem ac methodum explorabimus.

Anno 1594, Ianuar. d. 3, h. 7 verspertina longitudo Martis Vraniburgi à nobis observata est 18 gr. 38 m.  $\mathcal{V}$ ; cui temporis hi motus respondent correcti:

	Sex.	Gr.	Mi.	Sec.
Media longitudo eccentrici Martis	0	48	23	30
Anomalia eccentrici	4	19	42	20
Ergo prosthaphæresis adjectiva		10	33	30
Vnde vera longitudo eccentrici Martis ab æquinoctio		58	57	0
Verus autem locus Solis	5	23	30	40
Ergo anomalia orbis annui	3	54	33	40

His inventis, hypothesis Martis in forma Tychoniana applicatur in hunc modum.



Sit A L N orbis solis descriptus super centro terræ M: super A vero distante ab L per arcum L A, quem sol vero suo motu à situ acronychio in L confecerat, describatur orbis Martis B P C, deinde primus epicyclus super C ac secundus super D, ad eam, quæ sæpe superius est demonstrata, revolutionum normam. quoniam vero pro inventione semidiametri orbis solis M A in annuis Martis apparentiis, ac triangulo

A M H, hic laborandum fuerit; itaque postquam angulus C A H satis pro restitutione inæqualitatis eccentrici Martis è superioribus constiterit esse 10 gr. 33 min. 30 sec. primo quærimus A H hoc modo.

Anomalia eccentrici ultra semicirculum, nempe arcus P C, cui æqualis K D est 79 gr. 42 m. 20 sec. proinde hujus duplum 159 gr. 24 m. 40 sec. angulum



Iam **H D C** ex lege revolutionum mensurat. at quoniam simul latera eundem hunc angulum **H D C** comprehenduntia superiori capite dantur, utputa epicyclorum orbis semidiametri, & quidem non solummodo dantur, sed in certa quoque ad invicem, hoc est quadrupla proportione; revelatur itaque compendiosissime (juxta ea quæ à nobis in triangulis priore tomo sunt ostensa) angulus **D C H** 4 gr. 5 m. 20 sec. quo excessu anomalix addito, erit angulus **A C H** 83 gr. 47 m. 40 sec. quo cum angulo prosthaphæreseos **C A H** complicato, & aggregato à semicirculo rejecto, remanet angulus **C H A** 85 gr. 38 m. 50 sec. trianguli itaque **A C H** datorum angulorum, & præterea radii **A C** 10000000, invenitur **A H** quæsitum 9969763: hoc acquisito latere, erunt in triangulo **A M H** præter dictum latus **A H** omnes anguli noti; acta siquidem, ut oportet, linea **L M N**, parallela **A H**, erit angulus **M A H** æqualis angulo **L M A**: sed anomalia orbis annui **M A H** datur 54 gr. 33 min. 40 sec. angulus vero ad **H** commutationis seu differentix inter verum locum Martis eccentrici ac ejusdem observati colligitur 40 gra. 19 min. 0 sec. his duobus aggregatis, & à semicirculo summa subducta, emerget angulus **H M A** 85 gr. 7 mi. 20 sec. reperitur itaque ex his **M A** semidiameter orbis quæsitæ 64738, qualium radius **A C** est 100000, quando scilicet sol prope perigæum fuerit, sed Mars circa mediam in eccentrico elongationem.

Prop. 29. lib. 1. Eucl.

Ad hoc autem exemplum, & quasi paradigma in sequentibus reliquis observatis Martis, juxta apogæum & perigæum ejus, pariterque solis, pro differentia semidiametri orbis Martis cognoscenda, quia operando sumus progressi; proinde in hisce sufficet ipsas observationes Tyconicas è commentario Kepleri desumptas, ac præcipua momenta, pro dictæ semidiametri orbis investigatione, conspectui exposuisse.

*Observationes autem hæc sunt*

*Circa apogæum eccentrici Martis.*

Anno 1600, Martii d. 6 h. 8½ Mars fuit in 29 gr. 18 min. ☿; in media circiter distantia à terra.

Comment. Joh. Keppl. cap. 24.

Anno 1587, Ianuar. d. 1 h. 7 m. 8 mane Mars fuit in 1 grad. 47 min. ☿ juxta perigæum Solis.

*Circa perigæum Martis eccentrici.*

Anno 1591, Septemb. d. 26 h. 7½ Mars in 18 grad. 36 min. ♃ in mediocri distantia Solis à terra.

Anno 1589, Novemb. d. 1 h. 6¼ Mars in 20 gr. 59½ min. ♃ medio loco inter perigæum, & mediam elongationem Solis à terra.

Hinc reliqua præcipua quæ per supputationem veniunt sequens tabella complectitur.

Iuxta apogæum Martis.

	Verus locus eccentrici ♂	Distan. ♂ à centro	Verus locus Solis	Angulus commuta. ♂	Anomalia orbis	Semidiameter orbis prove- niens.
	S. G. M. S.	Particula	S. G. M.	G. M. S.	S. G. M.	
I	4 29 32 5	1112970	11 26 37 0	30 14 5	6 27 4½	66586
II	4 27 17 20	1112950	9 20 39½	33 47 15	4 23 22 0	65691


Iuxta perigæum Martis.

I	11 4 24 0	889149	6 12 45 ¾	45 48 0	7 8 21 ¾	64077
II	10 29 55 0	888800	7 19 14 0	38 55 40	8 19 19 0	63394



Ex hisce colligitur differentia inter binas semidiametros orbis annui in apogæo eccentrici Martis inventas 895: sed in ejsdem perigæo 683, inæquali distantia solis à tellure utrobique directe attribuenda. Siquidem distantia hujus decrefcente, ambitus orbis annui coarctatur, & versa vice, accrescente dilatatur. Cæterum quandoquidem solis hic utrobique defectus reperiatur tam à media elongatione, quam imo situ; proinde adhibito vero hujus motu una cum loco apogæi ejsdem, certe ex datis, in cognitionem plenæ inæqualitatis, quam sol inter apogæum & perigæum suum orbi annuo Martis inferat, commodissime & compendiosissime pervenimus hoc modo:

Describatur ex A circulus B C D, epicyclum solis annum repræsentans, & apogæum ejsdem in B, perigæum in D demonstrans, ut & medietatem elongationis in C & H, postquam ad angulos rectos diametraliter ad centrum fuerit bisectus, lineis videlicet B D & C H. hinc anomalia solis coæquata (quam non modo rectius, sed & compendiosius quam mediam hic usurpabimus, tam scilicet vero loco solis, quam apogæi ejsdem ut plurimum præcognitis) adhibetur, ac quæ petimus, ad proportionem finuum rectorum accommodata, facile obtinebimus; ut in exemplo primo juxta apogæum Martis locus solis est 11 fig. 26 grad. 37 min. apogæus 3 grad. 5 min. 39 sec. Ergo anomalia 8 fig. 20 gr. 58 m. unde rejectis sex signis, colligitur sol in eccentrico suo à perigæo exaltatus 80 g. 58 min. quæ linea F G semidiametro A H parallela infra eandem repræsentantur, in qua arcus D G finus rectus ostenditur; at finus complementi hujus arcus, utputa 9 gr. 2 min. est 1570091 per lineam F A indicatus, per quam quoque ipse defectus solis à media elongatione mensuratur. Hoc dato, erit similiter in altera circa apogæum eccentrici Martis observatione progreiēdūper anomaliā sc. solis coæ-



quatā, quæ invenitur 6 fig. 15 g. 11 m. remotis enim & hic 6 fig. datur distantia solis à perigæo in circulo suo D L 15 gr. 11 m. cujus quoq; complementi 74 g. 49 m. finus L M est 9650927; à quo priore 1570091 sublato, remanet linea quæsita K F 8080836: quæ ut se habet ad differentiam 895 ex observatione emergentem, sic tota diameter B D 20000000 ad quotientem 2215, qui quidem numerus integram inæqualitatē hic demonstrat, quam sol in apogæo & perigæo suo versans orbi Martis annuo adfert, radio eccentrici Martis 100000 sumpto.

Eodem plane modo in perigæo eccentrici Martis, per anomalias solis veras, atque differentiam ibidem inter binas observationes inventam, superiusque inculcatam 683, reperimus dictam inæqualitatem 2415. differentia itaque à priori est 200, cujus dimidium à majori subductum, vel minori additum, reddit hic eandem limitatam 2315 p.

Cæterum ut & aliis testimoniis mensura inæqualitatis hujus stabiliatur, nos insigni Keppleri industria freti: inter observata ex iis quæ ipse è Tyconicis, proximis diebus utrinque in Huena habitis, enuclearat, ac uni eidēq; Martis eccentrici loco quam proxime accommodarat, bina sequentia producemus. Quorum prius anno 1585, die 10 Maji, h. 6, m. 11, mane Martem in 26 gr. 54 $\frac{1}{2}$  mi.  $\Omega$  constituit. Posterius autem anno 1590, d. 31 Decemb. h. 4, mi. 44, similiter mane; eundem Martem in 9 gr. 46 $\frac{1}{2}$  min.  $\pi$  ponit. fuerat autem priori tempore solus verus locus in 28 gr. 55 $\frac{1}{2}$  min.  $\vartheta$ : Martis in eccentrico in 5 gr. 22 min.  $\pi$ . Posteriori autem sol erat in 19 gr. 6 $\frac{1}{2}$  min.  $\psi$ : sed tum Mars in 6 gr. 25 $\frac{1}{2}$  min.  $\pi$ . adeo quidem, ut ob binas solis distantias ab invicem, maxima pene inæqualitas ab iisdem proveniens insinuaretur: minimus vero & pene insensibilis error per eccentricū Martis relinqueretur. Ex datis autem idem Kepplerus ad prius tempus



pus, sole apogæo suo appropinquante, semidiametrum annui orbis Martis 62227 p. sed ad posterius, sole scilicet prope perigæum versante, eandem 60291 calculo suo adinvenit, supposita & heic studiose in tali eccētrici anomalia, distantia Martis à centro orbis 100000. Hujus autem certa mensura: præmissa scilicet restitutione nostra eccentrici, quandoquidem circa 109000 quam proxime commoretur; proinde differentiam saltim, quam ille nobis hic reliquit 1936, si in 109000 multiplicaveris, & summam in radium divideris, provenit vera 2110: in qua certe minime omniū errabimus, dum sola differentia pro semidiam. orbis annui Martis computationi heic subjiciatur. Cæterum ut hanc inventam differentiam ad plenam inæqualitatem, quæ à diversis in Marte solaribus distantis contingit, per proportionem sinuū præmissam extendamus, eodem modo quo superius *ωεγμάρητα* instituta ( nisi quod hic arcuum distantiarum complementa invicem aggregantur ) educitur maxima inæqualitas BD 2375 p. At hæc antea è limitatione juxta apogæum & perigæum eccentrici fuit 2315 p. differentia itaque est 60 p. & dimidium 30 p. unde ultimo limitata hæc inæqualitas 2345 exit, pro qua nos ( ut Keplero vicinior reddatur, etiamsi paululum dimidiam mensuram eccentricitatis solis, à nobis supra inventæ, excedat ) 2350 maximam ponamus, qualium radius orbis eccentrici Martis est 100000.

Lib. priore  
Theor. cap. 5.

Atqui hæc de priore proposita inæqualitate annui orbis Martis. Altera sequitur, quæ eccentricum ejusdem planetæ respicit. Hæc autem ex iis observationibus ac differentiis, quas circa apogæum & perigæum eccentrici Martis exantatas antea præmissimus, ita se habet, ut quando ubique ad mediam distantiam solis à tellure, quæ ipsis observationibus, per usitatam nostram reductionem, provenerat, semidiameter orbis annui in Marte consideratur, apparet in apogæo eccentrici ejus 667875; in perigæo vero 642025: & ideo media 654950, qualium radius eccentrici 1000000 p. censetur, quam differentiam inter maximam & minimam 25850 in proportione cum altera quæ è sole profluxit, videlicet 23500; ( nam & illam quoque ad hanc radii orbis mensuram una siphra augeri oportet ) se habebit ut 11 ad 10. Vnde una data, altera citra molestiam acquiritur. Idcirco super priore, nempe solis, sequentem tabellam saltim concinnavimus, superiore proxima methodo extractam; pro iis scilicet, qui ex ipsa hypothefi per triangulorum ratiocinium reliqua phænomena Martis nobiscum enucleatius scrutanda ducunt; veluti exemplo deinde monstrabimus. Fit autem hoc modo ex utraque anomalia, semidiameter annui orbis Martis omnium minima, tam Marte quam sole in perigæis eccentrici sui commorantibus 630275; sed maxima in apogæis utriusque 679625, quarum differentia est 49350, ut ex observationum, & eorum quæ modo præmissimus, collatione liquet; cujus quidem dimidium, ad quod cæteroquin limitatione pervenire licuisset, aberrationem duorum ferme graduum phænomenis Martis in illis locis ingereret.

Hæc autem gemina inæqualitas circa annum orbem Martis residens, quamvis à causa dispari proficiscatur: tamen quia annuæ conversioni solummodo accidit, proinde orbi annuo utramque salvandam quasi conjunctim appendimus, ratione libramenti per diametrum theoriæ lunæ superius ostensa, potius quam alteram, quæ ab eccentrico Martis fluit, axis libratione in eodem excusamus.

Præter has autem binas inæqualitates annui orbis Martis, & tertia reperitur, quam inclinatio orbis eccentrici hujus, ut reliquorum, ad eclipticam seu orbem annum, ( præter eam quæ reductione contingit ) in locis maximarum inclinationum potissimum pervenientem causatur. Sed quia hæc haud magni momenti est, & nondum hic, ubi maxima reperitur, usque ad 4 m. se extendit, dum inclinationem Martis 1 gr. 50 m. in latitudinem statuamus, atque usurpemus, idcirco eandem tam in superioribus quam Martio sidere scientes præterimus, ne novo adhuc atque difficili labore theoriam hujus planetæ aggravare velle videamur.

Atq; hæctenus de Martis neoterica secundum longitud. restitutione. Ta-



Tabula analogiam distantiae Solis ab apogæo, in annuo orbe Martis, ad singulos binos gradus ostendens.

0 Sexagen.			1 Sexagen.		2 Sexagen.		
0	23500	Diffe.	17625	Diffe.	5875	Diffe.	60
2	23493	7	17266	359	5523	352	58
4	23471	22	16900	366	5179	344	56
6	23436	35	16529	371	4843	336	54
8	23386	50	16152	377	4515	328	52
10	23321	65	15770	382	4197	318	50
12	23244	77	15381	389	3888	309	48
14	23151	93	14989	392	3588	300	46
16	23045	106	14593	396	3298	290	44
18	22925	120	14199	400	3018	280	42
20	22791	134	13790	403	3748	270	40
22	22643	148	13386	404	2490	258	38
24	22484	159	12979	407	2244	246	36
26	22311	173	12570	409	2009	235	34
28	22125	186	12160	410	1784	225	32
30	21927	198	11750	410	1573	211	30
32	21716	211	11340	410	1375	198	28
34	21491	225	10930	410	1189	186	26
36	21256	235	10521	409	1016	173	24
38	21010	246	10114	407	857	159	22
40	20752	258	9710	404	709	148	20
42	20482	270	9307	403	575	134	18
44	20202	280	8907	400	455	120	16
46	19912	290	8511	396	349	106	14
48	19612	300	8119	392	256	93	12
50	19303	309	7730	389	179	77	10
52	18985	318	7348	382	114	65	8
54	18657	328	6971	377	64	50	6
56	18321	336	6600	371	29	35	4
58	17977	344	6234	366	7	22	2
60	27625	352	5875	359	0	7	0
5 Sexagen.			4 Sexagen.		3 Sexagen.		

Vfus tabulæ præcedentis.

Data anomalia tam Solis quam Martis coæquata; primo Solis anomalia tabulam affixam ingrediendum est, cum sexagenis scilicet supra infraque adscriptis, & gradibus ad marginem utrinque integris proximeque minoribus; secundum quam



quam in area adjacente ratio distantiae solis a perigæo capienda est, emendatione pro adjectis anomaliae minutis &c. per additas inter binos gradus differentias, prout opus fuerit, facta, deinde exscripta distantia solis emendata seorsim servanda est. Hinc eodem modo per anomaliam eccentrici Martis fiet in tabulam dictam introitus, & distantia in area inventa exscribatur atque emendetur; sed hæc emendata, per numerum undenarium confestim multiplicabitur, ac productum in denarium divisum, superiori distantiae solis antea servatae adjicietur. Aggregatum vero ex his duobus quando mensuræ semidiametri orbis Martis in perigæo 630275 superius taxatae (ut semper fiet) addatur, conflatur dicta orbis semidiameter pro utriusque novæ anomaliae hujus emendatione ut & superius demonstratum ac ordinatum est, & mox exemplo docebitur.

*Convenientius  
supponitur mi-  
nima semidia-  
meter orbis  
Martis 631000.  
vide infra sub  
finem cap. 12.*

**Exemplum tabulae præcedentis usum, adeoque integræ Martis**

Theoriæ analyfin in triangulis ostendens.


Vt veritas nunc restituta à nobis hypotheseos Martis uberius innotescat, & simul quoque qua ratione singula triangulorum computationi pro verò motu ipsius acquirendo demandentur, animadversionem quandam nostram selegimus exempli loco ponendam, quando scilicet Mars cum stella in genu boreali & supremo geminorum congregiebatur; id autem erat anno 1613, d. 25 Mart. h. 4 mane: vespere enim proxime præcedente circa h. 8, distabat Mars ab eadē stella in antecedentia signorum 10 m. vespere vero proxime sequente juxta eandē horam transierat Mars dictam stellā in consequentia per 20 m. ut sic motus ejus diurnus esset 30 m. velut calculus Copernicæus eundem quoq; quam proxime exhibet. Vnde concludimus partilem quam proxime fuisse Martis & stellæ hujus dicto tempore copulam: & quia longitudo ejusdem stellæ reducta reperiebatur in 4 g. 31 1/2 m. & cum latitudine 2 g. 11 m. bor. erat igitur idē Martiæ stellæ locus.

Ad hoc tempus hi motus correcti reperiuntur


	Sig.	Gr.	Mi.	Sec.
Longitudo media Martis à vero æquinoctio	4	7	34	0
Anomalia Martis	11	8	27	40
Verus locus solis	0	14	31	20
Vera anomalia solis	9	8	42	0

His didomenis sequens Martis hypothesi in forma Tychoniana accommodatur hoc modo.

Describatur primum super M orbis solis annuus L A N: & erigatur linea M K apogæum solis in K ostendens, qui nunc circa 6 gr. & commoratur: deinde posito A centro circa 14 gr. v in antecedentia, describatur orbis Martis B P, & ducta linea apogæi B P juxta finem in Ω & ∞, ac remoto C a B in antecedentia







per 2 gr. nempe in 8 gr. & c.  $\Omega$ , super eodē C circinetur epicyclus eccentrici prior, sed super D posterior; erit itaq; secundum revolutionum legem & ea quæ superius aliquoties inculcata sunt, Martis situs in H peripheria epicycli secundi; postea M cum A nectatur, & ab utroque in H locum planetæ linea ducatur, atque alia, nempe diameter annui orbis LN parallela AH; erunt omnia bene in hac

Theoria expressa, quæ verum motum Martis ostendere possunt, etiam à tellure in M per annum orbem LAK. praxis autem eundem motum e præcedentibus enucleandi per triangulorum inductionem, hæc est.

Primo in triangulo CDH duo latera, quæ sunt epicyclorum semidiametri CD & DH, ex superioribus dantur, una cum angulo comprehenso CDH 43 gr. 4 m. 40 sec. siquidem ille lege revolutionis duplus censetur anguli ECD. quocirca primum innotescit angulus DCH 11 grad. 48 min. deinde latus CH 123880, qualium radius AC 1000000; sed adjecto DCH angulo, arcui ED, conflatur angulus ECH 33 gr. 20 min. 20 sec. cujus complementum ad semicirculum est angulus ACH 146 gr. 39 min. 40 sec. in triangulo itaque eodem ACH, quoniam similiter duo latera angulum datum ad C comprehenduntur; nempe AC radius orbis Martis 1000000, & CH modo acquisitum 123880. Invenitur itaque ex hisce primum angulus prosthaphæreseos eccentrici CAH 3 gr. 31½ min. adjectivus, ut fiat locus Martis in eccentrico verus seu æquatus 4 fig. 11 gr. 5½ m. deinde latus AH 1105305. His expeditis ad prosthaphæresin seu commutationem annui orbis extricandam pervenimus, ubi in trigono AHM quandoquidem latus AH modo inventum est, item angulus quoque HAM, qui propter parallelas AH & LM æqualis est LMA, excessui scilicet anomalie commutationis orbis annui ultra semicirculum, 63 gr. 25 min. 50 sec. quum enim motus eccentricus verus Martis à solis vero loco subtrahatur, relinquitur hic anomalia dicta 8 fig. 3 gr. 25 m. 50 sec. quippe arcum NLA mensurans. at NL est 6 fig. ergo quod restat 2 fig. 3 gr. 25 m. 50 sec. pro angulo LMA, vel HAM habebitur. concessis autem in prænominato triangulo AHM his duobus didomenis, latere scilicet AH & angulo HAM, restat semidiameter annui orbis MA e superioribus æquanda, ac simul supponenda, ut ultimo acquiratur angulus MHA seu NMH; sed pro dicto MA præcognoscendo sic proceditur.

Primo cum anomalia solis coæquata 4 sex. 38 grad. 42 minut. tabulam præ-



Deinde fit ingressus in eandem tabulam cum anomalia coæquata Martis, quæ quidem in hoc exemplo datur 5 sex. 41 gr. 59 min. addita scilicet prosthaphæresi eccentrici simplici Martis anomalix præfixæ; sed distantia ad 5 sex. 40 gr. reperitur 22791 cum differentia addita 134; quare pro 1 gr. 59 min. emendatio per regulam proportionis fiet hoc modo. Vt 120 -- min. 134 -- min. 119 -- min. (133 fere, quibus distantix exceptæ etiam heic additis, fiunt 22924, qui numerus quum in 11 multiplicetur, & summa in 10 distribuatur, evadit inæqualitas semidiametri orbis annui Martis ab eccentrico proficiscens 25216, qua cum altera solis, quæ antea inventa servabatur, complicata, efficitur summa 38743 adijcienda minimæ quantitati semidiametri orbis annui 630275; & erit illa coæquata in hac Martis pariter ac solis eccentrici revolutione 669018, quam in hoc exemplo latus MA subministrat. quare à tribus, quæ modo inventa seorsim adduximus, didomenis, acquiritur angulus MHA 36 gr. 35½ min. cui æqualis est HMN, similiter ob parallelas AH & MN. sed locus H in eccentrico Martis ex A: vel N in ecliptica & orbe solis, ubi è tellure M phænomenon Martis in situ acronychio deprehendimus, ostendebatur fuisse 4 fig. 11 gr. 5½ m. Quocirca inventus modo angulus MHA eccentrici loco Martis in hoc exemplo ablatus, relinquit ejus longitudinem in zodiaco 4 gr. 30½ min. ☉, ab observata, juxta sedulam feriamque animadversionem nostram, vix ultra unum minutum deficiens, siquidem illa erat 4 gr. 31½ min. ☉.

## CAPVT X.

*De restitutione ac extensione motuum periodicorum stelle Martis.*

QVod periodicas revolutiones Martis attinet ad cuncta secula extendendas, unde tam apogæus locus, quam longitudo media ipsius quovis tempore haberi queunt; methodum in superioribus constitutam sequimur.

Nam postquam utrumque apogæi pariter ac longitudinis motum cum semidiametris epicyclorum, & orbis annui, superioribus binis capitibus nostro seculo in Marte quoque restitutum possedimus, ad veterum nunc observata confugimus, ac primum constitutionem apogæi loci à Ptolemæo mutuamur atque corrigimus; deinde longitudinis emendationem per antiquam Timocharidis, ut videtur, observationem, ab eadem qua Ptolemæus hic usus est, stella fixa dimetimur. Quibus ambobus cum temporum intervallo acquisitis, in mediorum motuum extensione facilem deinceps operam præstabimus.

Apogæum Martis Ptolemæus sub initium Antonini pii Imperatoris (id fuit annis post Christum natum completis 136) è tribus acronychiis observationibus in medium occursum solis directis, invenit in 25 gr. 30 min. ☉ à vero æquinoctio, quem solis veri motus respectu sic emendamus. Quandoquidem apogæus locus solis Ptolemæi seculo revera fuerit in 10 gr. II, erat prosthaphæresis solis in opposito loco apogæi Martis 1 gr. 30 min. adjectiva. motus autem diurnus solis ac Martis complicatus, quando Mars acronychius apogæum Ptolemaicum occupavit, & sol punctum adversum, colligitur 1 gr. 25 min. Vnde intervallum temporis inter medium & verum locum solis cum vera oppositione Martis ex datis, prodit 25 hor. 24 min. prosthaphæresis scilicet solis 1 gr. 30 min. in 24 hor. ducta, ac summa in motum diurnum utriusque solis ac Martis propositum divisa. Hinc colligimus, maturiorem appulsum Martis fuisse ad veram oppositionem solis spatio 25 hor. 24 min. quo temporis intervallo Martis motum è diurno 24 min. 20 sec. ratiocinamur 25½ minut. fuisse addendum scilicet acronychio, seu quod idem est, medio motui ejus juxta apogæum. Ob quem salvandum apogæus locus Martis tempore Ptolemæi per 2 gr. 24 min. in consequentia prorogandus erat, dum situs acronychius Martis verum oppositum solis, ut decet, respiciat.

Vide lib. 1. in  
Comm. solis.



Accedit præterea differentia inter verum & medium æquinoctium 21 mi. juxta nostram circa Ptolem. tempora restitutionem, ut sint 2½ g. Ptolemaico apogæo Martis adjicienda. Erit itaq; ille ad dictum annū 136 post Christ. completum à medio æquinoctio 3 fig. 28 g. 15 m. At nostro tempore, anno Salvatoris mundi completo 1600, apogæum Martis deprehendimus 4 fig. 28 g. 42 m. etiam à medio æquinoctio in consequentia prolongatum. Differentia itaque motus apogæi Martis ab eodem æquinoctio per intervallum 1464 annorum Julianorum reperitur 30 gr. 27 m. secundum quam, modo superius præscripto, epocham apogæi loci Martis ad primum bisextilem annū mundi nobis usitatum acquisivimus 1 si. 2 g. 58 m. 21 sec. à medio æquin. sed Christi incarnati 3 fig. 25 gr. 25 m. 20 sec.

Quin etiam ex eadem proportione idem motus apogæi in

		Gr.	Mi.	Sec.	Ter.	
annis	$\left\{ \begin{array}{l} 1000 \\ 100 \\ 20 \\ 1 \end{array} \right\}$	$\left\{ \begin{array}{l} 20 \\ 2 \\ 0 \\ 0 \end{array} \right\}$	$\left\{ \begin{array}{l} 47 \\ 4 \\ 24 \\ 1 \end{array} \right\}$	$\left\{ \begin{array}{l} 56 \\ 47 \\ 57 \\ 14 \end{array} \right\}$	$\left\{ \begin{array}{l} 30 \\ 39 \\ 32 \\ 52 \end{array} \right\}$	qui quidem tabulæ mediorum motuum Martis infra extruen- dæ reservabitur.
	respondet					

Porro ut quoque longitudinē prisco seculo emendatam in Marte obtineamus, antiquum observatum reassumimus, quod Ptolem. factum fuisse refert anno 13 secundum Dionysium, Capric. 25, ubi *εἰς τὸ πρῶτον τῆς Σκορπίου*, hoc est, stella matutina Martis videbatur apposita fuisse boreali fronti Scorpii. Nam ipsum Ptolemaicum textum ideo hic infero; quod claram in fronte Scorpii stellam, quæ prima numero in eo asterismo est, quamque Ptolemæus usurpaverat, Iohannes Kepplerus in dubium vocavit, & à Ptolemæo discedens, pro eadem borealissimam in fronte Scorpii, numero scilicet quintam elegit, quæ quartæ magnitudinis est, & claram secundi honoris longitudine 1 gr. 26½ min. latitudine vero 37 min. superat. Id autem inter alia fecisse Kepplerum conjicio, quod calculum suum antea per Ptolemæum deductum, saltim in longitudine Martis, non item latitudine rectius eidem quintæ supponendæ congruere animadverteret. Cæterum à Ptolemæo recedere equidem tutum satis hac in stella esse non existimo, tum quia latitudo Martis, (ut ipse Kepplerus fatetur, & postea circa latitudinis emendationem evidentius arguitur) ad claram rectius accommodetur; tum quia Martis, ut & reliquorum per Ptolemæum, derivanda restitutio plus erroris, ob causas supra expositas, secum trahat, adeo ut vetustas has planetarum cum stellis conjunctiones, tuto magis eligendas statuerim. Et certe quando observator borealem frontem Scorpii nominat, credibile est ipsum hanc claram κατ' ἐξοχήν indigitasse, siquidem non omnium, sed trium in fronte Scorpii splendidissimarum solummodo borealissima & splendidissima est, latitudinem quoque duntaxat inter easdem boream obtinens. Hanc igitur cum Ptolemæo usurpabimus, ac tempus *προσθέσεως* seu conjunctionis Martis, cum eadem ulterius advertemus, quod Ptolemæus adhuc multo clarius exponit, dum eandem conjunctionem a discessu Alexandri anno 52; à Nabonnassaro autem 476 annis, mensis Athir apud Ægyptios d. 21 mane factam fuisse disertis ibidem verbis referat. Quod certe tempus in annum currentem Julianum ante natum Christ. 272, d. 18 Ian. mane circa ho. 5, Hafniæ incidisse deprehendimus; ad quod momentum longitudo dictæ stellæ primæ Scorpionis è constitutione Tychonica, ac nostra æquinoctii præcessione, colligitur à medio æquinoctio exstitisse, 1 gr. 29 m. 40 sec. Scorp. cum latitudine 1 gr. 16 m. bor. Quocirca Martem eundem locum tunc quam proxime occupasse textus Ptolemaicus innuit, à nobis in eo differens, quod stellæ dictæ longitudinem constituat 2 g. 15 m. Scorp. cum latitud. 1 gr. 20 m. B, & per consequens Martis eundem locum assignet. Hoc autem eodem tempore solis locus verus à medio æquinoct. juxta nostram computationem erat 9 fig. 24 gr. 38½ m. cum anomalia hujus coæquata 7 fig. 21 g. 11 m. Deinde apogæum Martis ab eodem medio æquinoctio

juxta

Lib. 10. cap. 9.

in fin. comm. de  
motu ♂




juxta superiorem emendationem per Ptolemæum extensum reperimus 3 fig. 20 gr. 15 m. denique quandoquidem adhuc longitudinis mediæ Martis à medio æquinoctio utcunq; præcognoscendæ indigemus, ut ex eadem veluti basi de utraque anomalia tam eccentrici quam annuæ conversionis prius ratiocinemur, quam ad præcisam correctionem longitudinis ejusdem per hypothesin restitutam perveniamus; ideo hic tutius relationi Ptolemæi, quam tabulis Prutenicis fidem adhibentes, Martis longitudinem mediam hoc tempore à vero æquinoctio cum eodem in 4 gr. 12 m.  $\ominus$  reponimus: cui quum  $4\frac{1}{2}$  m. inæqualitatis æquinoctii addantur, erit illa à medio æquinoctio 6 fig. 4 gr. 16 $\frac{1}{2}$  m. Ab hac autem longitudine quando apogæus motus 3 fig. 20 gr. 15 m. subducitur, remanet anomalia eccentrici Martis 2 fig. 14 gr. 1 $\frac{1}{2}$  m. quæ 26 $\frac{1}{2}$  min. juxta decurtatam prosthaphæresin eccentrici Martis infra Ptolemæicam è nostra emendatione, dum acronychia loca ejus ad oppositum veri cursus solis redegimus, diminuta, fit 2 fig. 13 gr. 35 m. licet Ptolemæo tantum 2 fig. 12 gr. 47 min. fit, dum inter alia apogæi motum 21 gr. 25 m.  $\ominus$  ipse hic constituat. Verum quoniam deviatio anomalix eccentrici unius gradus, hoc loco vix dum 4 min. errorem in prosthaphæresi eccentrici pariat, satis tuto anomaliam hanc à nobis correctam, nempe 2 fig. 13 gr. 35 m. pro eadem in nostra Martis hypothesi indaganda usurpabimus, & si quid adhuc in ea vel redundet vel desideretur, postea emendabimus.


Super his itaq; didomenis sequentem hypothesin Martis in forma Tychoniana more solito describemus, atq; fusius adhuc in gratiam studiosorum ἀστροφίλων explicabimus, tam scilicet soli quam Marti debitæ per orbitas suas in locis; quo factò prosthaphæreses & discrepantiæ à medio motu Martis utrinq; calculo eruendæ prodibunt.

Cæterum quoniam Tycho nis hypotyposin, meram Copernici inversionem esse antea docuimus, idcirco & heic posita tellure in meditullio universi in E, ac sole per annum orbem CF revoluto, ita ut in situ acronychio & maxima borea latitudine planetæ fit in C; sed similiter in oppositu & latitudine meridionali maxima versus F; efficitur, ut Tycho ni etiam omnia quæ ad hæc latitudinum phænomena excusanda faciunt, cum Copernico conveniant, dum sol

apud



apud ipsum contrarias, iis partibus, perpetuo tenuerit, quas admirabili cæteroquin Copernici speculatione terra occupasset, quomodo longitudinum Theoriæ, suarum quoque apparentiarum identitates in hac inversione probabant.


Hoc autem quod generatim pro Copernici ad Tychonem reductione docuimus, quoniam in Marte fortassis difficilius paulo comprehensu fuerit, quam reliquis superioribus Saturno ac Iove, qui solis orbem ambiunt, proinde in gratiam Astronomiæ tyronum, suppositionem Tychonianam penultimo exemplo, in iisdem, quæ super Copernicæa pro latitudinis enucleatione ad 10 d. Augusti anni 1593, ibidem transacta sunt, illustrabimus, iisdem ferme etiam utrobique demonstrationum notis evidentiæ causa adhibitis.

Super E puncto telluris in eodem loco perpetuo commorantis, describatur annuus orbis solis KFA, & ducatur diameter KA. deinde sole in F locato ac remoto ab A, acronychio situ, arcu AF, quæ superiore Copernici suppositione fuit, FE, circinetur in superficie spherica arcus geminus BC, & BD, cujus ille pars orbis eccentrici Martis, hic eclipticæ respondentis a communi interfectione B existit. tandem posito planeta in C, connectantur CD; deinde utrumque cum sole in F: quin ab F in D eclipticam ducatur linea FD; ita hæc semper extra oppositionem planetæ cum sole, accommodabitur, ut parallela fiat diametro AK. postremo colligetur quoque E terra, cum sole in F, per lineam EF, tum cum planeta in C, ac ecliptica in D, per lineas emissarias EC, & ED. hisce præconstructis, quoniam manifestum est, quod latitudo in hoc exemplo acquirenda, penes angulum DEC resideat; proinde quando in spherico triangulo CBD, datur tam sinus rectus CD quam arcus correspondens, erit DFC ex hypothese eidem arcui CD æqualis. sed quia DC in spherico definiatur, qualium radius spheræ est 1000000, ideo dictus sinus restringitur ad certam proportionem cum FC, tamquam radio, quæ linea datur à centro orbitæ propriæ seu eccentricæ Martis, in qua quoque proportione cognoscitur FD; siquidem in triangulo CFD angulus ad D, utputa eclipticam, perpetuo rectus est. porro in triangulo DFE, quia EF constat, nempe semidiameter orbis annui in Marte correctæ; item ED cum angulo comprehenso EFD, qui ob parallelas AE & FD æqualis est AEF distantie solis ab oppositu planetæ; datur itaq; hic ex his ED. postremo in orthogonio CDE e datis CD & ED, cum angulo, ut diximus, ad D recto, invenitur angulus DEC ipsam latitudinem Martis visibilem à tellure in E ostendens. Atq; ita nec demonstratio, nec praxis in hac Tychoniana suppositione quicquam à Copernicæa, etiã circa latitudines in hisce supremis planetis quovis tempore indagandas desleat.


Neque etiam secundum Ptolemæum, ubi epicyclus pro annuo orbe supponitur, latitudines demonstrandi magna difficultas in hisce tribus superioribus planetis sese offert, postquam dictus epicyclus inclinationem ad eclipticam perpetuo uniformem retinuerit, quod quidem phænomenis, præter mentem Ptolemæi, rectius in hisce congruit, quemadmodum id etiam antea innuimus.

Ptolemaica autem emendata suppositio talis est.

Sit (in seq. fig.) in plano diameter eclipticæ LAM, secta diametro orbitæ eccentricæ unius trium horum superiorum planetarum BAC, in centro mundi seu terra A: positisque centris B & C, describantur epicycli annui HF juxta boream







boream latitudinem maximam; sed juxta austrinam  $KG$ , quorum plana, quia eclipticæ plano perpetuo sunt conformia, proinde ductis primo  $HF$  &  $KG$  diametris epicyclorum parallelis diametro eclipticæ  $LM$ , deinde  $A$  puncto connexo cum  $F$  per lineam  $AF$ , item cum  $H$  per  $AH$ . hinc eodem modo in austro cum  $AG$  &  $AK$ , à quibus omnibus, quemadmodum etiam à  $B$  &  $C$  perpendicularares in diametrum eclipticæ cadant, ad boream quidem  $HL$ ,  $BN$ ,  $FQ$ ; sed ad austrum  $KM$ ,  $CP$ ,  $GO$ ; manifestum est, eadem & heic latitudinum phænomena oriri, quæ supra è Copernicæis & Tyconicis suppositionibus educebantur. etenim quum revolutionis lege planeta fuerit in  $F$  vel  $G$ , & unam epicycli partem uspiam tenuerit, eclipticæ respectu, quod in acronychio situ fieri, supra ostensum est, latitudo maxima est penes angulum  $QAF$  in boream, sed penes  $OAG$  in austrum; quæ quidem variantur, decrementumque capiunt prout latera  $AB$  &  $AH$  ad boream: item  $AC$  &  $AK$  ad austrum accreuerint, distantia planetæ à nodo in eccentrico semper servata, & arcu ejus versus eclipticam æquali cum aliquo horum angulorum inclinationis  $NAB$  &  $PAC$  ex hypothesi, ut in superioribus, constituto; sed postmodum in sinu suo recto ad reliquas planetæ distantias in eccentrico  $AB$  vel  $AC$  proportionaliter reducendo; ad quam quoque proportionem  $AN$ , &  $AP$  se sistunt, veluti hæc omnia exemplis superius sunt declarata. quin etiam angulus inclinationis maximæ, eodem, quo superius, modo in apertum venit, data maxima latitudine, vel aliqua acronychia, à maxima non nimium remota, sive borea sive austrina. ubi enim illic ab  $F$  in  $E$ , heic autem à  $G$  in  $D$  parallelæ ductæ fuerint  $LA$  &  $MA$ , conveniet, ut latitudo borea acronychia penes angulum  $AFE$ , sed austrina penes  $AGD$  definiatur, illic, quia dantur duo latera  $AB$  &  $BF$ ; heic  $AC$  &  $HC$ , una cum angulis ad  $F$  &  $G$ , per ipsas visas latitudines datis: sic enim manifestatur angulus inclinationis orbitæ planetæ ad boream  $ABF$ , cui æqualis est  $BAN$ ; ad austrum vero  $ACG$ , cui quoque par est  $CAP$ , quem utrobique æqualem esse oportet, dum planum eclipticæ  $LM$  à plano orbis planetæ  $BC$  unica perpetuo sectione  $A$  diffiterit; id quod observationes probant.

Hanc autem convenientiam, per redintegratam Ptolemaicam suppositionem, etiam heic demonstrasse oportuit, ut uniformitas tabularum similiter quoque circa latitudines horum trium planetarum è ternis hypothesibus earundem innotesceret.

## C A P V T X V.

*De terminis latitudinis trium superiorum planetarum ad cuncta mundana secula educendis; ubi canones tam mediorum motuum latitudinum, quam prosthaphereæ, diversi quidem à veteribus exponuntur, cum sua fabrica & usu.*

**H**Actenus latitudines in tribus superioribus planetis cœlo ipsi ad nostrum seculum congruentes exposuimus. Nunc autem declarandum restat, quemadmodum



admodum nodi seu intersectiones, quibus scilicet orbis eccentrici horum eclipticam secant, in signorum consequentia (contra naturam motus hujus circa lunam) lento admodum motu tendant, progressibus certe, non ut Ptolemæus & Copern. existimabant, apogæis eorundem perpetuo æquidistantibus, sed longe disparibus. Quod Copernicum tanto intervallo temporis Ptolem. & antiquos sequentem non animadvertisse, solus ille admirabitur, qui non intelligit, ipsum hac in parte unice fere acquievisse, quod super nova systematis mundani inversione, in qua sibi tantopere applausit, phænomena à Ptolemæo accepta exponi se paterentur; cœlo interim, quod circa doctrinam latitudinum satis in ipso apparet, inconsulto. De prædecessoribus autem Copernici, nempe Georgio Peurbachio, Ioh. Regiomontano, & aliis cur non idem affirmare licebit? quippe qui è vestigiis Ptolemaicis in ipsum cœlum nunquam ita oculos sustulerunt, ut tantam heic discrepantiam justis mediis aut deprehenderent, aut tandē reprehenderent. Cæterum non solū nodi, verum etiam digressiones ab ecliptica maxime, quæ circa quadrantes contingunt, ideo & cœlo & sibiipsis dissimiles multū exstiterunt, quod hæ ab dictis artificibus Ptolemæo & Copernico ad mensuram illam epicycli seu orbis annui imprimis conformatæ sint, quam quisquis horum ex observationibus suis (modo observationes) elicuit. Sed de fide observationum heic nihil disputamus, de mediis autem conqueri etiamnum ac disquirere cur non licet? Certe fixarum loca unde Ptolemæus dimensiones suas fecerat, etiam hac in parte cœlestium constitutioni minime consona fuere; aliis plus, aliis minus ab eadem dissidentibus. At Copernicus id solum heic præstiterat, quod & nodos à pari prorogatione apogæorum, nimium certe concitata atq; erronea, constituerit, & latitudines ipsas super angulos inclinationum Ptolemæi nimium secure retentos, suis è longitudinum hypothesebus construxerit. Nonne hinc evenire potuit, quod motus latitudinum in hisce planetis observati, iis qui à tabulis Reinholdinis ac fundamentis Copernicæis hodie exputantur, tam dispares sint? At quoniam Ptolemaicis observatis vix ulla medicina adferri ita queat, ut præcisam veritatem heic eliciamus; nec etiam veterum annotationibus, quibus copulas erraticarum cum fixis nobis significarunt, illud certitudinis indicium circa latitudines inest, quod longitudinum fuit; unde nos medias longitudes cum Ptolemæo in hisce dimensum sumus, fixarum locis prius restitutioni nostræ attemperatis. Nec si vel maxime inesset, illæ tamen nobis circa nodorum constitutionem, prisco illo tempore multum prodesse, quippe ab ipsis nimium remotæ; ut ob id Ptolemaicis principiis circa nodorum epochas acquiescere cogamur.

Latitudines vero super angulos inclinationum à nobis in hisce tribus inventos ad nostram, tam eccentrici, quam annui orbis, in singulis restitutionem, superstruimus; nec in hisce quicquam semidiametrorum mutationi, quæ certe haud magis in planetis unquam, quam sole fuerit, diversis seculis tribuimus. Sed quia de mediis nodorum motibus prior cura erit, illos itaque à Ptolemæo metimur, juxta verba ipsius, quæ punctis maximæ latitudinis boreæ in singulis horum trium accommodata, & reddita, sic sonant: In Marte quidem ipsam longitudinem capiemus æquatam; in Iove autem 20 gr. ab ea subtrahemus, in Saturno vero 50 g. addemus. His verbis, quia convenientia maximæ boreæ latitudinis in Marte cum apogæo ejusdem, juxta Ptolemæum, anno post Christum natum 136, in 25½ g. significetur; erat itaque ipsa scilicet borea latitudo maxima eodem anno in 25½ gr. 56: in Iove vero, cujus apogæus in 11 gr. 17 Ptolemæo anno præfato hæsit, colligitur latitudinis limes boreus adjectione 20 gr. in 1 gr. 0 1/2 fuisse.

Deniq; in Saturno, quoniam eodem tempore ejusdem apogæum invenit Ptolemæus in 23 g. 11, idcirco subductione 50 g. reperitur quoque limes latitudinis boreæ ejusdem in 3 gr. 1/2, idque respectu veri æquinoctii in singulis. At nostro seculo, id est, anno quasi 1600 completo, hi limites borei ex observa-

Vide cap. 4  
hujus.

Vide comm. de  
sole lib. super.

lib. 13. c. 6.



tionibus Tychonicis inventi sunt, in Marte correctius in 17 gr.  $\Omega$ , in Iove in 7 gr.  $\underline{\omega}$ , denique in Saturno in 20 $\frac{1}{2}$  gr.  $\underline{\omega}$ , etiam veri æquinoctii consideratione. Quoniam vero & heic recte elongationem nodorum atque limitum in latitudinibus planetarum à medio æquinoctio verno metimur, & inæqualitas ejus, tempore Ptolemæi inventa est 21 m. ablativa; sed nostro tempore 7 min. adjectiva; idcirco horum complicatione facta proveniunt 28 min. subtrahenda intervallo projectionis nodorum inter utrumque. Colliguntur itaq; motus, interstitio 1464 annorum, singulis convenientes, tam quoad apogæa, quam nodos Boreos in antecedentia, per quadrantem circuli à maximis limitibus exputatos, una cum differentiis, quas sequens synopsis exhibet.

Anni post Christum	Saturni		Iovis		Martis	
	Apo. Cor.	Nod. Bor.	Apo. Cor.	Nod. Bor.	Apo. Cor.	Nod. Bor.
	Gr. Mi.	Gr. Mi.	Gr. Mi.	Gr. Mi.	Gr. Mi.	Gr. Mi.
136	23 50 $\mathfrak{M}$	3 21 $\overline{\omega}$	14 0 $\mathfrak{M}$	1 21 $\overline{\omega}$	28 15 $\overline{\omega}$	25 51 $\mathfrak{V}$
1600	26 27 $\rightarrow$	20 23 $\overline{\omega}$	7 32 $\underline{\omega}$	6 53 $\overline{\omega}$	28 42 $\Omega$	16 53 $\mathfrak{V}$
Different.	32 37	17 2	23 32	5 32	30 27	21 2

Atqui hæ differentiæ, quæ motibus apogæorum & nodorum in hisce tribus superioribus planetis intercedunt, satis indicant nullam commensuratam inter eosdem convenientiam dari, sed à se, contra mentem tam Ptolemæi, quam Copernici, ac intermediarum Astronomorum, longissime esse sequestratos, id quod è differentia, quæ est inter apogæum Iovis ac nodum, intervallo proposito 1464 annorum respondens, & ad 18 gr. se extendens, ut & de cæteris quoque in universum, judicare licebit, & hinc Copernicum intolerabilis erroris in hac parte arguere.

Proinde quum nec apogæorum promotioni, nec æquinoctiorum anticipationi, nec quibusvis aliis motibus mediis, medios latitudinum motus horum trium planetarum in suo genere appendere posse videamus: recte, ut antea, longitudinum cum suis epochis; sic nunc latitudinum horum motus seorsim ab æquinoctio mediõ exputatos collocabimus; extensioni, ut illic, differentia eorundem, quæ intervallo temporis inter Ptolemæum & nos, id est spatio 1464 annorum proportionatur, ad cuncta secula inferviente. Ex illa enim colligimus motus proportionaliter nodis in singulis competentes per annos Julianos, ut in synopsi sequitur.

Planeta	1000				100				20				1			
	gr.	min.	sec.	tert.	gr.	mi.	sec.	ter.	gr.	mi.	sec.	ter.	gr.	mi.	sec.	tert.
Saturnus	11	38	5	15	1	9	48	31	0	13	57	42	0	0	41	53
Iuppiter	3	46	46	33	0	22	40	39	0	4	32	8	0	0	13	36
Mars	14	22	1	18	1	26	12	8	0	17	14	26	0	0	51	43

Porro ex eadem intervalli dati atque motus ejus proportionem, non minus heic, quam in longitudinibus ipsis epocham prorogationis nodi borealis in singulis inventam, canoni sequenti mediorum motuum mox præfigimus. Vbi notandum, quod ad solos annos & menses hosce motus accommodemus, ob nimiam ipsorum tarditatem; quæ causa quoque est, cur bisextilium annorum inter expansos nullam heic rationem habendam duximus; quin & mensium quoque motus in ipsis secundis minutiis ubique apparentes frustra adjecimus, nisi nimis quorundam curiositati sic, & non aliter, satisfieri posse existimarem.



Tabula medii motus nodi Borei trium superiorum planetarum.

Epoch	Saturni			Iovis			Martis			In annis singulis ad 20.			
	S. G.	M.	S.	S. G.	M.	S.	S. G.	M.	S.	An.	Satur. M. S.	Iovis M. S.	Martis M. S.
Mundi	1	15	38 52	2	15	51 13	10	26	54 46				
Christi.	3	1	46 4	3	0	50 10	0	23	53 46	1	0 42	0 14	0 52
20	0	0	13 58	0	0	4 32	0	0	17 14	2	1 24	0 27	1 43
40	0	0	27 55	0	0	9 4	0	0	34 29	3	2 6	0 41	2 35
60	0	0	41 53	0	0	13 36	0	0	51 43	4	2 48	0 54	3 27
80	0	0	55 51	0	0	13 9	0	1	8 58	5	3 29	1 8	4 19
100	0	1	9 48	0	0	22 41	0	1	26 12	6	4 11	1 22	5 10
200	0	2	19 37	0	0	45 22	0	2	52 24	7	4 53	1 35	6 2
300	0	3	29 25	0	1	8 2	0	4	18 36	8	5 35	1 49	6 54
400	0	4	39 14	0	1	30 43	0	5	44 49	9	6 17	2 2	7 43
500	0	5	49 2	0	1	53 23	0	7	11 1	10	6 59	2 16	8 37
600	0	6	58 52	0	2	16 4	0	8	37 13	11	7 41	2 30	9 29
700	0	8	8 39	0	2	38 45	0	10	3 25	12	8 23	2 43	10 21
800	0	9	18 28	0	3	1 25	0	11	29 37	13	9 4	2 57	11 12
900	0	10	28 16	0	3	24 6	0	12	55 49	14	9 46	3 10	12 4
1000	0	11	38 5	0	3	46 46	0	14	22 1	15	10 28	3 24	12 56
1100	0	12	47 53	0	4	9 27	0	15	48 13	16	11 10	3 38	13 47
1200	0	13	57 42	0	4	32 8	0	17	14 26	17	11 52	3 51	14 39
1300	0	15	7 30	0	4	54 48	0	18	40 38	18	12 34	4 5	15 31
1400	0	16	17 19	0	5	17 29	0	20	6 50	19	13 16	4 18	16 23
1500	0	17	27 7	0	5	40 10	0	21	33 2	20	13 58	4 32	17 14
1600	0	18	36 56	0	6	2 50	0	22	59 14				
1700	0	19	46 44	0	6	25 31	0	24	25 26				
1800	0	20	56 33	0	6	48 12	0	25	51 38				
1900	0	22	6 21	0	7	10 52	0	27	17 50				
2000	0	23	16 10	0	7	33 33	0	28	44 3				
2500	0	29	5 12	0	9	26 56	1	5	55 3				
3000	1	4	54 15	0	11	20 20	1	13	6 4				
3500	1	10	43 17	0	13	13 43	1	20	17 4				
4000	1	16	32 20	0	15	7 6	1	27	28 5				
4500	1	22	1 22	0	17	0 30	2	4	39 6				
5000	1	28	0 25	0	18	53 54	2	11	50 7				
5500	2	3	59 27	0	20	47 17	2	19	1 7				
6000	2	9	48 30	0	22	40 40	2	26	12 8				
6300	2	13	17 55	0	27	48 42	3	0	30 44				


  

In mensibus.			
Ianuar.	0 3	0 1	0 4
Februar.	0 7	0 2	0 9
Martius	0 10	0 3	0 13
Aprilis	0 14	0 4	0 18
Majus	0 17	0 5	0 22
Iunius	0 21	0 7	0 26
Iulius	0 24	0 8	0 31
August.	0 28	0 9	0 35
Septemb.	0 31	0 10	0 40
Octob.	0 35	0 11	0 44
Novemb.	0 38	0 12	0 49
Decemb.	0 42	0 14	0 52



Provectione nodorum borealium secundum latitudinem à motu apogæorum in tribus superioribus planetis hoc modo sequestrata, ipsaque in canonem præcedentem, unde ad singula secula in singulis peti possunt, redacta; consequens est, ut rationem tradamus, tabulas latitudinum ipsarum constituendi, licet hæ exquisitè manere non possint perpetuo, luxatis ac divulgis ab invicem nodorum atque apogæorum motibus. Quapropter quando accuratissime ad superiora secula latitudines exputandæ in hisce veniunt, præstat triangulæ inductione, prout prius demonstrata est, calculum absolvere: quamvis ad aliquot secula proxima, quatuor aut quinque retro porroque, nullus sensibilis error tabulis nostris, quæ super demonstratione sequente conduntur, irrepere possit.

Quandoquidem vero super maximas latitudines tam boreas, quam austrinas, maxime commodum & conveniens fuerit, reliquas, quæ undique ab annuo orbe importantur, supputare, ac easdem postea per scrupula proportionalia, ab eccentricis diducenda metiri.



Sit itaque, ut prius,  $AB$  diameter eclipticæ à diametro orbis planetæ  $KL$  in  $E$  secta, quo velut centro describatur orbis annuus  $FLCI$ . quum autem è superioribus manifestum sit, quod angulus inclinationis maximus sit ad boream  $AEK$ , cui æqualis in austrum est  $BED$ , manentibus autem reliquis ut supra; sed sumptis in annuo orbe extra acronychios situs in  $F$  &  $C$  punctis, nimirum  $L$  &  $I$ , & isthinc lineis ad  $A$  &  $K$ , hinc vero ad  $B$  &  $D$  emissis, manifestum est, quod quando in hac forma Copernicæ,  $L$  ac  $I$  tellurem denotent, borea latitudo circa angulum  $ALK$ ; sed austrina penes  $BID$  resideat. quum autem è superioribus, in singulis,  $ED$  distantia planetæ in eccentrico datur à centro  $E$ , cujus complementum ad radium duplicatum, nempe  $200000$  est  $EK$ . quapropter cum in orthogonio  $EAK$ , angulum ad  $A$  eclipticam, rectum perpetuo habente, simul quoque angulus inclinationis ad  $E$  in singulis datur; primum ex hisce invenitur  $EA$ ; deinde ad radium usitatum  $100000$  reducitur, cujus quoque tangens fit  $AK$ ; quintiam in eadem proportione datur radius orbis  $EL$  &c. qui quoque in singulis superius innotuit. Ut autem latus  $LA$  compendiosius haberi queat, exeat à radio orbis  $EL$  linea continuata, & alia perpendicularis in hanc  $AH$ . quum autem  $AH$  sinus rectus sit anguli assumpti  $AEH$ , erit sinus complementi hujus rectus  $EH$ ; à quo in hoc casu subducta diametro orbis  $EL$ , remanet etiam latus  $LH$  datum. hinc facile in orthogonio  $ALH$  è duobus sic acquisitis lateribus circa angulum rectum ad  $H$  datur quæsitum  $LA$ . denique in orthogonio  $ALK$  angulum rectum ad eclipticam  $A$  habente, quia similiter concessa sunt nunc duo latera circa angulum rectum, enucleatur ipsa latitudo planetæ in angulo  $ALK$  mensuranda. eodem plane modo ad austrum demonstratio procedit, postquam & heic ad distantiam planetæ à centro eccentrici  $E$ , prius tam reliqua latera  $EB$  &  $BD$ , quam semidiameter annui orbis  $EI$  proportionata fuerint.



Exemplum paradeigmatis loco in Saturno dabimus, cujus elongatio à centro eccentrici, circa austrinam latitudinem maximam superius à nobis inventa est 97593 p. & semidiameter orbis 10426 in eadem proportione: denique angulus inclinationis maximæ 2 gr. 31 min. Subducta itaque primum E D 97593 à 200000, relinquitur E K 102407. deinde in orthogonio K A E, ut rectus A, id est sinus totus se habet ad E K, sic sinus rectus K 87 grad. 29 min. ad E A 102308, sed qualium E A est 100000, erit E F semidiameter annui orbis 10191, & A K earundem 4395; est siquidem tangens anguli dati A E K. hisce quasi immutabiliter ad boream latitudinem maximam Saturni concessis, capiatur in circumferentia annui orbis punctum L, distans pro exemplo heic 30 gr. à situ acronychio planetæ seu telluris in F, & educta E L in H, ac demissa perpendiculari ab A, quippe A H erit sinus rectus A H assumpti anguli A E H, seu 30 gra. utputa 50000; sed E H sinus rectus hujus complementi seu 60 grad. qui est 86602. Verum sublato heic E L 10191 ab E H, remanet L H 76411. proinde in orthogonio L H A, quoniam datum est utrumque latus circa angulum rectum ad H, invenitur quæsitum L A tandem 91315. invento itaque nunc L A 91315, & dato prius A K 4395, erit ultimo, in orthogonio L A K, angulum rectum ad A eclipticam perpetuo possidente, (siquidem à tellure L in eclipticam A radius L A velut perpendicularis semper excurrit) angulus A L K 2 grad. 45 $\frac{1}{2}$  minut. penes quem hæret maxima latitudo borealis Saturni etiam in 30 grad. ab oppositione cum vero loco solis in ecliptica distantis. Atqui ad hoc exemplum numeros in area tabularum sequentium latitudinum adinvenimus; quorum diversitates annui orbis singulis inferunt; neque alias, libramenti instar, ut Ptolemæus & Copernicus voluerunt, considerandas agnoscunt; Martis vero latitudinibus, cujus annui orbis semidiameter, ut reliquorum, fixa non est, vix aliter prospici potest, dum in canonem redigantur. Hæ autem quanquam enucleatius super præmissis hypothesibus expedientur, semidiametro orbis utriusque prius ad præscriptam normam correctæ: tamen quia hæud multum est, quod heic aberrari poterit, proinde in eundem cum reliquis tabulæ censum easdem etiam è præmissis *διδομένων* computatas rejicimus.

Postremo autem, quod scrupula proportionalia attinet, primo loco tabulæ inserta, ea à canone prosthaphæreseon æquinoctialium prius à nobis super ratione spherica, quæ ibidem exstat, supputata, huc transtulimus, indifferenter hisce omnibus latitudinibus enucleandis inservitura, siquidem unica sexagenaria proportio omnibus illis, pro inclinationis seu latitudinis angulo, communiter includatur.

Tabula



## Tabula latitudinis trium superiorum planetarum.

o Sig.

Gradus.	Scrup.		Saturni				Iovis				Martis				Gradus.
	Prop.		Borea		Auftr.		Borea		Auftr.		Borea		Auftr.		
	M.	S.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.			
0	0	0	2	17	2	16	1	7	1	6	1	9	1	4	30
1	1	3	2	17	2	16	1	7	1	6	1	9	1	4	29
2	2	5	2	17	2	16	1	7	1	6	1	9	1	4	28
3	3	8	2	17	2	16	1	7	1	6	1	9	1	4	27
4	4	10	2	17	2	16	1	7	1	6	1	9	1	4	26
5	5	12	2	17	2	16	1	7	1	6	1	9	1	4	25
6	6	14	2	17	2	16	1	7	1	6	1	9	1	5	24
7	7	16	2	17	2	16	1	7	1	6	1	9	1	5	23
8	8	18	2	17	2	16	1	7	1	6	1	9	1	5	22
9	9	21	2	17	2	16	1	7	1	7	1	9	1	5	21
10	10	23	2	17	2	16	1	7	1	7	1	9	1	5	20
11	11	25	2	17	2	16	1	7	1	7	1	9	1	5	19
12	12	26	2	17	2	16	1	7	1	7	1	9	1	6	18
13	13	27	2	17	2	16	1	7	1	7	1	10	1	6	17
14	14	28	2	17	2	16	1	7	1	7	1	10	1	6	16
15	15	28	2	17	2	16	1	8	1	7	1	10	1	6	15
16	16	29	2	17	2	16	1	8	1	7	1	10	1	7	14
17	17	29	2	17	2	16	1	8	1	7	1	10	1	7	13
18	18	29	2	18	2	17	1	8	1	7	1	10	1	7	12
19	19	30	2	18	2	17	1	8	1	7	1	10	1	7	11
20	20	30	2	18	2	17	1	8	1	7	1	10	1	7	10
21	21	29	2	18	2	17	1	8	1	7	1	10	1	8	9
22	22	28	2	18	2	17	1	8	1	7	1	11	1	8	8
23	23	26	2	18	2	17	1	8	1	7	1	11	1	8	7
24	24	24	2	18	2	17	1	8	1	7	1	11	1	8	6
25	25	22	2	18	2	17	1	8	1	7	1	11	1	9	5
26	26	20	2	18	2	17	1	8	1	7	1	11	1	9	4
27	27	18	2	18	2	17	1	8	1	7	1	11	1	9	3
28	28	16	2	18	2	18	1	9	1	7	1	12	1	9	2
29	29	14	2	18	2	18	1	9	1	8	1	12	1	10	1
30	30	11	2	18	2	18	1	9	1	8	1	12	1	10	0

II Sig.



Tabula latitudinis trium superiorum planetarum.

I Sig.

Gradus	Scrup.		Saturni				Iovis				Martis				Gradus
	Propo.		Borea		Auftri.		Borea		Auftr.		Borea		Auftr.		
	M.	S.	G. M.		G. M.		G. M.		G. M.		G. M.		G. M.		
0	30	11	2	18	2	18	I	9	I	8	I	12	I	10	30
1	31	5	2	18	2	18	I	9	I	8	I	12	I	10	29
2	31	58	2	18	2	18	I	9	I	8	I	12	I	10	28
3	32	50	2	18	2	18	I	9	I	8	I	12	I	10	27
4	33	51	2	19	2	18	I	9	I	8	I	12	I	11	26
5	34	31	2	19	2	19	I	9	I	8	I	12	I	11	25
6	35	21	2	19	2	19	I	9	I	8	I	13	I	11	24
7	36	10	2	19	2	19	I	10	I	8	I	13	I	11	23
8	36	58	2	19	2	19	I	10	I	8	I	13	I	12	22
9	37	46	2	19	2	19	I	10	I	9	I	13	I	12	21
10	38	33	2	19	2	19	I	10	I	9	I	13	I	12	20
11	39	20	2	20	2	19	I	10	I	9	I	14	I	12	19
12	40	6	2	20	2	20	I	10	I	9	I	14	I	12	18
13	40	52	2	20	2	20	I	10	I	9	I	14	I	13	17
14	41	37	2	20	2	20	I	10	I	9	I	14	I	13	16
15	42	22	2	21	2	20	I	10	I	9	I	15	I	13	15
16	43	6	2	21	2	20	I	11	I	9	I	15	I	13	14
17	43	49	2	21	2	21	I	11	I	9	I	15	I	14	13
18	44	33	2	21	2	21	I	11	I	9	I	15	I	14	12
19	45	16	2	21	2	21	I	11	I	10	I	16	I	14	11
20	45	58	2	21	2	21	I	11	I	10	I	16	I	14	10
21	46	39	2	21	2	21	I	11	I	10	I	16	I	15	9
22	47	19	2	21	2	22	I	11	I	10	I	16	I	15	8
23	47	57	2	21	2	22	I	11	I	10	I	17	I	15	7
24	48	34	2	22	2	22	I	11	I	10	I	17	I	15	6
25	49	9	2	22	2	22	I	12	I	10	I	17	I	16	5
26	49	43	2	22	2	22	I	12	I	10	I	17	I	16	4
27	50	16	2	22	2	23	I	12	I	10	I	18	I	16	3
28	50	48	2	22	2	23	I	12	I	11	I	18	I	16	2
29	51	19	2	23	2	23	I	12	I	11	I	18	I	17	1
30	51	49	2	23	2	23	I	12	I	11	I	19	I	17	0

IO Sig.

Tabula



Tabula latitudinis trium superiorum planetarum.

2 Sig.

Gradus.	Scru.		Saturni		Iovis		Martis		Gradus.
	Prop.		Borea	Auftr.	Borea	Auftr.	Borea	Auftr.	
	M.	S.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	
0	51	49	2 23	2 23	I 12	I 11	I 19	I 17	30
1	52	19	2 23	2 23	I 13	I 11	I 19	I 17	29
2	52	48	2 23	2 24	I 13	I 11	I 19	I 18	28
3	53	16	2 23	2 24	I 13	I 12	I 20	I 18	27
4	53	44	2 23	2 24	I 13	I 12	I 20	I 18	26
5	54	11	2 23	2 24	I 13	I 12	I 20	I 19	25
6	54	37	2 24	2 24	I 14	I 12	I 21	I 19	24
7	55	2	2 24	2 25	I 14	I 12	I 21	I 19	23
8	55	27	2 24	2 25	I 14	I 13	I 21	I 20	22
9	55	51	2 24	2 25	I 14	I 13	I 22	I 20	21
10	56	14	2 24	2 25	I 14	I 13	I 22	I 20	20
11	56	36	2 24	2 25	I 14	I 13	I 23	I 21	19
12	56	57	2 25	2 26	I 15	I 14	I 23	I 21	18
13	57	17	2 25	2 26	I 15	I 14	I 24	I 21	17
14	57	36	2 25	2 26	I 15	I 14	I 24	I 22	16
15	57	54	2 25	2 26	I 15	I 14	I 25	I 22	15
16	58	11	2 26	2 27	I 15	I 15	I 25	I 23	14
17	58	27	2 26	2 27	I 16	I 15	I 26	I 23	13
18	58	41	2 26	2 27	I 16	I 15	I 26	I 23	12
19	58	54	2 26	2 27	I 16	I 15	I 27	I 24	11
20	59	5	2 27	2 27	I 16	I 16	I 27	I 24	10
21	59	15	2 27	2 28	I 16	I 16	I 28	I 25	9
22	59	24	2 27	2 28	I 17	I 16	I 28	I 25	8
23	59	32	2 27	2 28	I 17	I 16	I 29	I 26	7
24	59	39	2 28	2 29	I 17	I 17	I 29	I 26	6
25	59	45	2 28	2 29	I 17	I 17	I 30	I 27	5
26	59	50	2 28	2 29	I 17	I 17	I 31	I 27	4
27	59	54	2 29	2 30	I 18	I 17	I 32	I 28	3
28	59	57	2 29	2 30	I 18	I 17	I 33	I 28	2
29	59	59	2 29	2 30	I 18	I 18	I 34	I 29	1
30	60	0	2 30	2 31	I 18	I 18	I 34	I 29	0

9 Sig.

Tabula



Tabula latitudinis trium superiorum planetarum.

3 Sig.

	Scrupu.		Saturni				Iovis				Martis				
	Proport.		Borea		Auftr.		Borea		Auftr.		Borea		Auftr.		
	M.	S.	G. M.		G. M.		G. M.		G. M.		G. M.		G. M.		
0	60	0	2	30	2	31	I	18	I	18	I	34	I	29	30
1	59	59	2	30	2	31	I	19	I	18	I	35	I	29	29
2	59	57	2	30	2	31	I	19	I	18	I	36	I	30	28
3	59	54	2	30	2	31	I	19	I	19	I	36	I	30	27
4	59	50	2	31	2	32	I	19	I	19	I	37	I	31	26
5	59	45	2	31	2	32	I	20	I	19	I	38	I	32	25
6	59	39	2	31	2	32	I	20	I	20	I	39	I	33	24
7	59	32	2	32	2	32	I	20	I	20	I	40	I	34	23
8	59	29	2	32	2	33	I	20	I	20	I	40	I	35	22
9	59	15	2	32	2	33	I	21	I	21	I	41	I	36	21
10	59	4	2	32	2	33	I	21	I	21	I	42	I	37	20
11	58	54	2	33	2	34	I	21	I	21	I	43	I	38	19
12	58	41	2	33	2	34	I	21	I	22	I	44	I	39	18
13	58	27	2	33	2	34	I	22	I	22	I	45	I	40	17
14	58	11	2	34	2	34	I	22	I	22	I	46	I	41	16
15	57	54	2	34	2	35	I	22	I	23	I	47	I	42	15
16	57	36	2	34	2	35	I	22	I	23	I	48	I	43	14
17	57	17	2	35	2	35	I	23	I	23	I	49	I	44	13
18	56	57	2	35	2	36	I	23	I	23	I	50	I	45	12
19	56	36	2	35	2	36	I	23	I	24	I	52	I	46	11
20	56	14	2	36	2	36	I	23	I	24	I	53	I	47	10
21	55	51	2	36	2	37	I	24	I	24	I	54	I	48	9
22	55	27	2	36	2	37	I	24	I	25	I	56	I	50	8
23	55	2	2	36	2	37	I	24	I	25	I	57	I	51	7
24	54	32	2	36	2	37	I	24	I	25	I	59	I	52	6
25	54	11	2	37	2	38	I	25	I	26	2	0	I	56	5
26	53	44	2	37	2	38	I	25	I	26	2	1	I	56	4
27	53	16	2	37	2	38	I	25	I	26	2	3	I	57	3
28	52	48	2	38	2	39	I	26	I	27	2	4	I	59	2
29	52	19	2	38	2	39	I	26	I	27	2	5	2	I	I
30	51	49	2	38	2	39	I	26	I	27	2	7	2	3	0

8 Sig.



## Tabula latitudinis trium superiorum planetarum.

4 Sig.

	Scrupu.		Saturni		Iovis		Martis								
	Proport.		Borea	Auftr.	Borea	Auftr.	Borea	Auftr.							
	M.	S.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.							
0	51	49	2	38	2	39	I	26	I	27	2	7	2	3	30
1	51	19	2	38	2	39	I	26	I	28	2	8	2	5	29
2	50	48	2	39	2	39	I	27	I	28	2	10	2	7	28
3	50	16	2	39	2	40	I	27	I	28	2	11	2	9	27
4	49	43	2	39	2	40	I	27	I	28	2	12	2	11	26
5	49	9	2	39	2	40	I	28	I	29	2	14	2	13	25
6	48	34	2	40	2	40	I	28	I	29	2	15	2	15	24
7	47	57	2	40	2	41	I	28	I	29	2	17	2	17	23
8	47	19	2	40	2	41	I	28	I	29	2	19	2	19	22
9	46	39	2	40	2	41	I	29	I	30	2	21	2	21	21
10	45	58	2	40	2	41	I	29	I	30	2	23	2	23	20
11	45	16	2	41	2	42	I	29	I	30	2	25	2	25	19
12	44	33	2	41	2	42	I	30	I	31	2	27	2	28	18
13	43	49	2	41	2	42	I	30	I	31	2	29	2	30	17
14	43	6	2	41	2	42	I	30	I	31	2	31	2	32	16
15	42	22	2	42	2	43	I	30	I	31	2	33	2	35	15
16	41	37	2	42	2	43	I	31	I	32	2	35	2	37	14
17	40	52	2	42	2	43	I	31	I	32	2	37	2	40	13
18	40	6	2	42	2	43	I	31	I	32	2	40	2	43	12
19	39	20	2	43	2	44	I	31	I	32	2	42	2	45	11
20	38	33	2	43	2	44	I	32	I	33	2	45	2	48	10
21	37	46	2	43	2	44	I	32	I	33	2	48	2	52	9
22	36	58	2	43	2	44	I	32	I	33	2	50	2	56	8
23	36	10	2	43	2	44	I	32	I	34	2	52	2	0	7
24	34	21	2	44	2	45	I	33	I	34	2	55	2	4	6
25	33	31	2	44	2	45	I	33	I	34	2	57	2	8	5
26	32	41	2	44	2	45	I	33	I	34	3	0	2	12	4
27	31	50	2	44	2	45	I	33	I	35	3	3	2	16	3
28	31	58	2	45	2	46	I	34	I	35	3	7	2	21	2
29	31	5	2	45	2	46	I	34	I	35	3	10	2	26	1
30	30	11	2	45	2	46	I	34	I	36	3	13	2	32	0

7 Sig.

Tabula



Tabula latitudinis trium superiorum Planetarum.

5 Sig.

Scrupu.	Saturni				Iovis				Martis					
	Proport.		Borea		Auftri.		Borea		Auftri.		Borea		Auftr.	
	M.	S.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.	G. M.
0	30	11	2 45	2 46	I 34	I 36	3 13	3 32	30					
1	29	14	2 45	2 46	I 34	I 36	3 15	3 38	29					
2	28	16	2 45	2 46	I 35	I 36	3 18	3 44	28					
3	27	18	2 45	2 46	I 35	I 36	3 20	3 50	27					
4	26	20	2 46	2 47	I 35	I 36	3 22	3 56	26					
5	25	22	2 46	2 47	I 35	I 37	3 25	4 2	25					
6	24	24	2 46	2 47	I 35	I 37	3 28	4 8	24					
7	23	26	2 46	2 47	I 35	I 37	3 32	4 14	23					
8	22	28	2 46	2 47	I 36	I 37	3 36	4 21	22					
9	21	29	2 46	2 47	I 36	I 37	3 40	4 28	21					
10	20	30	2 47	2 47	I 36	I 38	3 44	4 35	20					
11	19	30	2 47	2 48	I 36	I 38	3 48	4 42	19					
12	18	29	2 47	2 48	I 36	I 38	3 52	4 50	18					
13	17	29	2 47	2 48	I 37	I 38	3 56	4 58	17					
14	16	29	2 47	2 48	I 37	I 38	4 0	5 6	16					
15	15	28	2 47	2 48	I 37	I 38	4 4	5 14	15					
16	14	28	2 47	2 48	I 37	I 39	4 7	5 22	14					
17	13	27	2 47	2 48	I 37	I 39	4 10	5 31	13					
18	12	26	2 47	2 48	I 37	I 39	4 13	5 39	12					
19	11	25	2 47	2 49	I 37	I 39	4 15	5 47	11					
20	10	23	2 48	2 49	I 37	I 39	4 17	5 55	10					
21	9	21	2 48	2 49	I 37	I 39	4 19	6 3	9					
22	8	18	2 48	2 49	I 37	I 39	4 21	6 11	8					
23	7	16	2 48	2 49	I 37	I 39	4 23	6 18	7					
24	6	14	2 48	2 49	I 38	I 39	4 25	6 24	6					
25	5	12	2 48	2 49	I 38	I 40	4 26	6 29	5					
26	4	10	2 48	2 49	I 38	I 40	4 27	6 34	4					
27	3	8	2 48	2 49	I 38	I 40	4 28	6 38	3					
28	2	5	2 48	2 49	I 38	I 40	4 29	6 42	2					
29	1	3	2 48	2 49	I 38	I 40	4 30	6 45	1					
30	0	0	2 48	2 49	I 38	I 40	4 31	6 47	0					

6 Sig.



## CAPVT XVI.

*De numeratione latitudinum trium superiorum planetarum.*

**A**D latitudinum investigationem, quoniam duo inprimis requiruntur; distantia vera planetæ in orbe eccentrici à nodo latitudinis boreo, per quam scrupula proportionalia offeruntur, & anomalia orbis annui vera, cujus beneficio latitudines juxta inclinationes seu digressiones ab ecliptica maximas exputatæ reperiuntur; ad datum itaq; tempus à Christi incarnatione, retro aut porro primo è tabulis mediorum motuum latitudinum in hisce tribus invenitur motus seu situs nodi borei, vel interfectionis viæ planetæ cum ecliptica in boream scandentis. Quo quæsitò atque longitudini veræ eccentrici planetæ, à medio æquinoctio verno subducto, relinquitur distantia à dicto nodo boreo, per quam in tabula proxima quærentur atque exscribuntur scrupula proportionalia congruentia. Deinde per anomaliã annui orbis veram similiter ipsa planetæ latitudo, quæ offertur borea, quousque distantia præmissa eccentrici planetæ à nodo boreo semicirculum nondum compleverit; postea vero austrina. Hæc autem latitudo inclinationi maximæ in omni situ planetæ terræ vel soli congruens, quum in scrupula proportionalia prius servata excepta seu multiplicata fuerit, gigitur tandem vera planetæ latitudo.

In Marte autem quum ἀποβείσιτος latitudinem intendamus, methodo triangulari præmissa utendum est, postquam distantia planetæ hujus non modo à centro eccentrici, sed terra quoq; concessa fuerit, ut in exemplo superius ostensum fuit.

*Exemplum in Saturno.*

Exempla latitudinum in hisce planetis duplicia adferimus, altera domestica, id est, earum quæ à nobis in Huena observatæ sunt, quæ præmissis longitudinum exemplis annexæ reperiuntur; altera è vetustissimis observationum monumentis, in quibus; quoad fieri potest, vestigia mutationis eclipticæ experiemur. Et quia in paratu sunt, quæ ad hæc cuncta, præter medias nodorum progressiones, requiruntur, eas igitur primo extrahemus; deinde cætera adjiciemus.

Anno 1595, mense Martio die 17 hora 7½, quo tempore latitudinem quoq; Saturni superius deprehensam notavimus 56½ m. merid. invenitur è tabulis præmissis nodus boreus latitudinis Saturni 3 fig. 20 gr. 16 min. Sed longitudo eccentrici vera fuit 2 fig. 28 gr. 48 m. à qua cum nodus auferatur, remanent 11 fig. 8 gr. 32 min. quibus in tabula respondent scrupula proportionalia 21 gr. 56 min. è quibus quoque cognosci poterit, quod latitudo meridionalis sit futura, quod semicirculum numerus ille excedat. Porro anomalia annui orbis coæquata 9 fig. 7 gr. 41 min. cui respondet latitudo meridionalis in tabula 2 gr. 28 min. quæ in scrupula proportionalia servata 22 m. 56 sec. ducta, relinquunt latitudinem supputatam 0 gr. 53½ m. differentia observata saltem ad 2½ min. se extendente.

*Exemplum in Iove.*

Eodem anno 1591, Aprilis d. 14, h. 11 reperta est ex observatione latitudo Iovis 1 gr. 23½ min. borea.

	Sig.	Gr.	Mi.
Ad idem tempus invenitur nodus boreus	3	6	51
Item longitudo vera eccentrici	7	12	19
Vnde anomalia pro scrupulis proportion.	4	5	28
Et ipsa scrupula proportionalia respondentia		48	53
Anomalia annui orbis vera	5	21	39
Cui respondet latitudo borea		1	37
Quæ in scrupula proportionalia ducta relinquit veram, scilicet latitudinem quæsitam		1	19 B +

Differentia igitur 4½ per refractionem Iovialis jubaris quasi in medio m. constituti facile excusabitur.

*Exem.*